



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,
Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Prologus In Bvcolica Qvirinalivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)



PROLOGUS
IN BUCOLICA
QVIRINA,
LIVM.



*Arminibus clari, quondam soliti redamari,
Leta magis potuere canentes verba tenere;
Nec laudes vana fuerant, nec carmen inanem,
Quando rependebant meritum, quoscunque canebant.*

*Dum fuit Augustus iudex in carmina iustus
Rini Minciadae quem vaticinantur & Oda,
Cui vivo memores prematurantur honores:
Nondum diuinus fuit exul ab vrbe Latinus,
Metro seu prosa, re certa siue iocosa;
Vrbs studijs florebat enim, liuore carebat,
Et quicumque studebat, eum flos vrbis habebat
Inter primatum semper Collegia gratum:
Nunc facies rerum senio mutata dierum
Omnia peruertit, mentes in praua reflectit;
Vsu lucrorum placet omne genus studiorum,
Et diuersorum poterit modus ingeniorum,
Ingenijs mox bella minuta dedere lucella,
Alternans dudum facit hinc vbi captio ludum,
Regnarunt fraudes & diripiunt sibi laudes.
Illas dum plectit, colubrum Dialectica nectis,*

HENCCANU
SJJ
COMO JMA
SIV
24

Aut oblectatus stabit Rhetor galeatus ;
 He tollunt artes modo causarum sibi partes ,
 He turbis gaudent & in omne licentius audent ,
 He satagunt certò, quia depugnant in aperto ;
 Sudant obscuro reliquæ lucroq; futuro .
 Sed quota pars vatum plus clareat esse dubitatum ,
 Carmina quid possint, quid in hæc cõmercia profint ,
 Non satis apparet, nisi Musa domum remearet ,
 Conios montes, vbi Castalia quoq; fontes
 Obuersans, flores legeret liberetq; sorores ,
 Pegaseas venas, claras fundendo Camænas ;
 Nunc peregrinatur, nunc ingratis operatur ,
 Liquit Apollineas procul exiliata choreas .
 Cris vbi rara putatur, in externos spatatur ,
 Qui nihil altorum norunt in ea meritum ,
 Nec vires operum, nec tadia longa dierum ,
 Qui piper atq; salem faciunt precio socialem ,
 Aspernantur eburna, velut sunt vasa colurna .
 Scilicet arguti debent ita rebus abuti ,
 Vt capiant spernendo, quid amiserit studendo .
 Rerum contemptor sic esse & callidus emptor .
 At ego nec vendenda fero, nec proijcienda ;
 Nil aspernanti tribuam, famulabor amanti :
 Que nullum lædent, nobis in carmina cedent .
 Mira rei gesta viuenti profero teste ,
 Curas multimodis humanas diximus odis
 Hinc Bucolica cura bouum nobis canitura ,
 Fraudes cum pœna referet subeunte Camæna .
 Ora tui digne vatis moderare QVIRINE .

ECLOGA

ECLOGA I. BVCOLICORVM
QVIRINALIVM.

De vitula elegante, quæ à rustico promissa voto B. QVIRINO, sed à Domino illius armentis iuncta est, Vbi vna nocte omne, præter eam, armentum deperijt.

Tityrus Allegoricè Tegrionensis est receptor animalium, quæ voti deferuntur. Melibæus quidam olim detractor B. QVIRINI, qui est in vltima Ecloga paralyti percussus & curatus inducitur.

HENGGAN
SJJ
COM 9 ma
SIV
24

Melibæus.

TITTYRE tu magni recubans in margine stagni,
Syluestri tenuiq; fide pete iura peculi;
Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua:
Et nostri pecoris tua dura replebimus arua.
Expectes frustra nos Tityre lentus in ymbra.

Tityrus.

O Melibæe, Deus nobis hac ocia fecit,
Qui curas hominum propè nos pecorum quoque fecit.
Nobis nempe bonus semper fuit ille patronus,
Votiuum munus cui felice attulit annus;
Ille boues superare lucem permisit, & aræ
Inscriptam plebem tribuit sperare salutem.

Melibæus.

Non hoc inuisum, magis id mirum mihi visum:
Grandine cur & peste ferit nos aura frequente?
Exanimis illos retulisti nempe gemellos,
Qui sedere vagi flagrante sub arbore fagi
De cælo tacta. nunc est vbi gratia tanta,
Cuius opem iactas, cuius bona mira retractas?
Quæ timidis saltem liceat sperare salutem?

Tityrus.

Quas populi doluere, Dei plagas meruere
Munera spondentes sanctis & non.....

Dm

Dum venerabantur sancti, dum vota dabantur,
 Omnia lata fuere, procul mala cuncta fuere,
 Temperies anni nil pertulit inclita damni,
 Sol terras refouebat, opes tellus pariebat,
 Aetas crescebat, nec quid sit granda sciebat.
 Ex quo sanctorum iam gloria nulla locorum
 Conducit populos, fors anxia deterit illos,
 Temperie mæsta rix arcta ferens alimenta.
 Ecce solo sterili pallefcunt lumina cæli,
 Mors plebi pecoriq; frequens incumbit vbiq;
 Et quæ causa tibi suberat loca sacra videndi,
 Numquid vt offerres, magis aut oblata referres?
 Libertas, mentes quæ fert ad vtrumq; volentes,
 Muneris expertem me non adeo, nec inertem
 Et puero canos respexerat vsque sub annos,
 Vt nos argueres iustè, quocunq; cadet res,
 Et prius à vita quam morte relinquer ab ista:
 Præmoriar gratis dum stabit gloria Sanctis.
 Sed dicis verum: præsens mutatio rerum
 Omnia præcidit, quæ pristina copia vidit;
 Dum res pollebat, seu mens me læua tenebat,
 Libera spes vulgi, quod abest, nec cura peculi,
 Cusa fuit magnos non formidare tyrannos.
 Seu pax florebat, mens & me læta gerebat,
 Quid cantaret heros regio lætissima veros,
 Quam votiua meis exhibat victima sepiis.
 Pinguior & sacra veniebat caseus aræ,
 Plurima tempus adusque meum seæus vtriusque
 Ex atavis pensum soluebat dextera censum.
 Mirabar neglecta quod improperas sacra festa
 Patroni tanti per secla diu celebrati,
 Cui miro digna pendere sub arbore signa

Melibeus.

Tityrus.

Melibeus.

Scis

V

Scis sanatorum varia cura miserorum.
 Cum referas talem famulatum tam specialem,
 Quem veterum pietas nec praesens deserit aetas,
 Dic quos culpabas votiq; reos memorabas,
 Ob quorum facinus foret aër & ipse malignus,
 Quae promississet tellus mentita fuisset.

Tityrus.

Sic illum testor iuuenem tibi calice rector,
 Testem condignum rutilante cruore QVIRINVM,
 Sic eius curas populis pecoriq; futuras,
 Sic eius sacram signis clarentibus aram,
 Nobis aeterna lustrandam ritè lucerna,
 Quam votis magnis cumulabimus ecce quotannis,
 Nil me fallaci verboe referre procaci,
 Nil dubiae cecinisse rei; sic me iuuet ipse.

Meliboeus.

Fortunate senex, et si tibi parua supellex,
 Ampla fides credi dat, si quid habes referendi,
 Res iam procedunt: ergo tua rura manebunt,
 Et tibi magna satis, quamuis agris breuiatis,
 Plura lapis nudus teneat, limus quoque crudus,
 Ac fessis vdis squalens tegat vluva paludis.

Tityrus.

Hoc inquam flendum quis denegat atque dolendum?
 Quis vetet hoc quari, si det Deus id retineri?
 Credo diu multum scelus hoc non ibit inultum,
 Quod pridem laeis aruis sine limite raptis,
 Pro tanto sine iure tenendo denique rure,
 Quae voto debentur, ea iam fraude tenentur:
 Vt vindicta satis pateat super his data Sanctis.

Meliboeus.

Mens hominum si dura recordetur sua iura,
 Hoc sollers agito quid crimine noris ab isto.

Tityrus.

De grege vota bonis tibi danda QVIRINE colonis
 Secernens viculam, dederat pastoribus illam
 Pratis pascendam, post haec in vota trahendam.

Qua

Quae bene formosaque sic adoleuit,
 Ut nec in armento fuerit similis sibi toto;
 Sanctis inuidit dominus gregis, hoc ubi vidit;
 Hanc tolli iussit, meliorandis quoque iunxit
 Armentis reliquis, lucris persuasus iniquis:
 His vna dum nocte fuisset iuncta, repente
 Mortua sunt iumenta sequenti luce reperta,
 Ut quod speraret nil prater eam remaneret:
 Redditur extortis tunc demum bucula votis;
 Hanc Melibœe sacris fero vix, ita fortis & acris.
 Me trahit ipsa magis, cur non pervertere?
 Vix teneo captam, nec enim sibi vincula remittam.
 Nocte mane tamen hac, clausum stabula pecus illac.
 Canabis mecum, tua ferto viatica tecum.

Melibœus,
 Tityrus,
 Melibœus,

ECLOGA II. QVIRINALIVM.

De bucula formosa, quam voto promissam, & biennio
 retentam lupi discerpserunt die S. QVIRINI.

Corydon est voci debitor, de quo loquitur auctor.

DVM mouisse pedes sacras vult pastor ad ades,
 Cuius armenti Corydon à clade recenti,
 Quo successus ei bonus & fuga perniciosi
 Esset, pestifera subeat si morbus ab aura,
 Vouerat electam forma præstante iuuentam,
 Qua cornu penas dabat & pede sparsit arenas,
 Delicia pecoris totius opima decoris,
 Hec voci aptata viget campis spaciata,
 Et capie incrementa sui per pascua lata:

V 2

Rusticus

Rusticus ut cernebat eam, quia proficiebat,
 Dono quod vouit pecudem fallendo remouit,
 Perfidus atq; tenax tantillo munere mendax,
 Quæ dum pascebat sub frondibus, hic ueniebat,
 Et secum tacita sic mente reuoluerat ista:
 Heu mea præpollens ô bucula, cur ego tollens
 Te mihimet cuiquam fatuus te largiar unquam?
 Inuideam ne mei pecoris te progeniei?
 Non ita stultus ego tam pulchra stirpe carebo.
 Non datur hoc munus, solus manet ipsemet vnus,
 Qui non sic vlli cupiat sicut sibi soli.
 Hæc ait: & voti cadit omnis cura remoti,
 Spes quoq; diuinæ fidei, tibi prompta QVIRINE:
 Hinc absiſtebat, nec quid speraret habebat,
 Assiduè mentem relegens diuersa tuentem;
 Reddere vota volebat, & hoc iidem renuebat,
 Cordis inops, mæstus, super ereptos sibi quæstus,
 Si munus soluisset ei qui cuncta dedisset.
 Ah Corydon Corydon quæ te dementia cepit?
 Ah voti fallax, quæ te verecundia cepit?
 Munificus parere voles, nullo quæ carere?
 Sit promittendo satis actum, non tribuendo,
 Si quibus arte datæ fidei quid restat apud te.
 Sin aliter scires, aliter tractanda Dei res.
 Rusticus hic, quid nosset enim, quid noscere posset?
 Rusticus est Corydon, nec munera prouidet aræ.
 Rusticus est qui non votum studet accelerare,
 Is dum cunctatur dare bis* annum replicatur;
 Quæ retinebatur species bouis amplificatur,
 Os tornum, tauri caput, & pilus hirtior auri,
 Et latus immensum longè, paleareq; tensum,
 Cornua gessit obunca, sub his ingentia cuncta,

Incedens

HENRICH
 S J J
 COME
 S I V
 24

Incedens panda transit vestigia cauda,
 Pro cuius forma iuris decedere norma
 Sponsor persuasus, duros adigit sibi casus.
 Martyris instabat nox quae caelos penetrabat:
 iam clara surgente die, grege prata petente,
 Bis gemini venere lupi, pecus in silvæ,
 Voto debentem reddi, medio gradientem,
 Armento rapuere, minutatim secuere,
 Non contingentes hanc vltra sed fugientes:
 Nec nocuere gregem reliquum quo noscere legem
 Vindictæ caelestis eis posses documentis.
 Inde fides adolevit, ob id reuerentia crevit
 Alme QVIRINE tibi, valuit correptio plebi.
 Vota reus perfert, quæ raro quis bene differt,
 Emendatq; moræ culpam subeunte pudore.

ECLOGA III. QVIRINALIVM.

De boue, quem quidam vouit, alter furto ablatum, nul-
 litenus valens iungere, & vsui habere, pretio rede-
 mit, quod sponsor in votum obtulit. Bos dum arctius
 stringitur, emptore vulnerato, se loris excussit, & ad
 B. QVIRINVM decurrit, quem insecutor non prius,
 quam ante templum Martyris assequi potuit.

Damœta est emptor, vel insecutor bouis; Menalca, qui
 vouerat, cuius seruus, vel procurator
 pecoris Egon.

DIC mihi Damœta, cuium pecus hac tibi meta
 Venerit? Egonis? Non id mihi vendidit Egon.
 Infelix animal bos, argenti dedit albos,

Menalca.

Damœta.
Menalca.

V 3

Ut re-

*Ut requiescisset, duros calles nec inisset.
Assuetum loris genus est patiensq; laboris.
En emptor fœnus petit hic custos alienus,
Qui venit indigne; non hoc patiare* **QVIRINE.**

Damocles

*Cautus ab incerto conuicta tanta siletos;
Nouimus & qui te norint, tot habet locus iste;
Si sanum sapires, nec in hæc te iurgia ferres,
Iuris ut in morem præsens ferat hospes honorem.*

Menalca

*Et quid habebit honoris, quid gesit mihi moris;
Dum quem fraudauit, frustra taurum sibi paut,
Gramina tondentem, iuga ferre sed impatientem?*

Damocles

*Exolues tandem, iusto mihi iudice fraudem,
Qua deportasti precium, pecus excogitasti;
Cur reddes nummos, aut me sectare meus bos.*

Menalca

*Hoc debes veri sub iudicis aure favori,
Hic prius indemni me quod tibi ius cœmendit;
Parcebam mitis pridem cedendo petitis.*

Damocles

*Prodidit en culpam DEVS & non fuit inultam;
Crimen ut imponis, simul excusamina ponis;
Quos accepisti nummos in vota dedisti;
Te magis infamas, dum me pro fraude reclamās.
Si tibi vendendi fuit, & mihi ius cœmendit.*

Menalca

*Tuius appelles? Sed enim non quod tibi velles;
Luminibus captus, trabis aut super alia coactus.*

Damocles

*O meliora DEVS clemens causa dabis huius,
Non adeo sum iuris inops, ut crimine furis
Hactenus ex facili me perdere congruat ulli.*

Menalca

*Non ego narrantem te restæ bouem laqueantem
Aduerti, prisca gressum latrante Lycisca,?*

Damocles

*Nis fugis omnis ego rationis iure tenebo,
Nunc te distraxisse bouem, me digna dedisse
Pro boue, quæ nunc ipse Deo poteras tribuisse.*

Te ne miser fugerem, quem deprensam retinerem?
 Nec capto cedam furto partam tibi pradam.
 Ius opponat in omne tibi iustaratione,
 Hinc tribuam pignus, si iudex sit mihi dignus.

Menalca.

Ergo progrediamur, & hic nos experiamur,
 Hunc tam praclarum prior en ponam tibi taurum,
 Quod tibi, si vincat, pignus restare paciscat,
 Tu simul e contra nobis tua pignora monstra.

Damocra.

Opposuisse boni quicquid non vtile noui.
 Quae declaratum voto licet appreciatum
 Abs te iam dominus voti tulit ecce QVIRINVS;
 Nempe via distante venit nullo comitante,
 Hoc animal raptante Deo cunctis dominante.
 Rem sed vtrisque bonam fessis, duo pocula ponam,
 Hac tibi plena meri poterunt in pignus haberi.

Menalca.

In ius si cedet mihi bos, pro pignore cedet,
 Qui tibi si cedet, te non hunc tollere tadet;
 Dum taurum spectas, nihil est quod pocula praestas.

Damocra.

Quod proprium non est, certum pro pignore non est;
 Et patet incerto certum praestare profecto,
 Maius ab incerto tu fers, ego paucula certo.
 Cetero adhuc in spe satis est gallo minor in re.

Menalca.

Incertum quod emo penitus faciet mihi nemo,
 Dum me decertas incertum non bene certas,
 Nec mihi nec tibi, fraude mihi, verum tibi clade;
 Nam mihi mercatum taurum tollis tibi pactum.

Damocra.

Sit meus hic vel non, iudex discerne Palemon.
 * Arbito laesus egon verear te chare Palemon?
 Tu causas iuris praesentibus atque futuris
 Dicendas nosti, tibi laus est maxima iusti;
 Iudice te posito procedet res mea tuto.

Menalca.

Dicite dum tempus vacat, audit amena iuuentus:

Palamon.

Incipe

- Incipe Damoeta, tum ritè sequere Menalca:*
Ver sibus alternae geminentur vtrique Camæna.
- Damoeta. *Principium Deus est, orbem Deus ambit & implet;*
Excelsis regnans, humiles rector pie cernas.
- Menalca. *Principium Christus iudex in secula iustus,*
Nostri factus imago; tui saluemur imago.
- Damoeta. *Heu malo petit Eua virum, dans fercula saeva,*
Et fugit in frondosa prius, tum semina visa.
- Menalca. *Et spinas instans lambit sacer ignis amictas;*
Qualis ut hinc noris fons inuiolatus amoris.
- Damoeta. *Ferales vnda siccantur ab ore columbae;*
Qua pacis diuam clausis congeffit oliuam.
- Menalca. *Curca sunt mandata decem quasi mala relata*
Syluestri de monte Sina Domino tribuente.
- Damoeta. *O quoties & quanta loquens sapientia sancta,*
Simplicibus parens, regum peruenit ad aures?
- Menalca. *Exuperans Amalech fortissime iura dabas hæc.*
Bellator, custosq; rei, quo diuidat æquæ.
- Damoeta. *Dum testamenti fuit arca feræ data genti,*
Hanc reuehunt vitulae; maclantur ab Israel illæ.
- Menalca. *Ruth petit* desert, nolens cum nepte reuerti;*
Eleuit amore socrus, hinc est agnus Patris ortus.
- Damoeta. *Triste dedit chari Ionatha casu viduari.*
Triste Ieremia mors immatura Iosia.
- Menalca. *Dulce salus viuus, oculis lux, gloria diuis;*
Dulce quies lassus, cæli spes, exitima passus.
- Damoeta. *Hymnidica Musa quondam gens Israel visa*
Fulsit rege dedit qui carmina summus amauit.
- Menalca. *Imò cantorum Rex ac dux Theologorum*
Vatis iure dedit modulans Musam renouauit.
- Damoeta. *Suaue dedit qui carmen amans regaleq; germen,*
Nunc & ibi regni succrescat iure perenni.

Qui non

Qui non odit Ama poterit laudasse Caiphan,
Ipsaq; iungat apros, & arans sale seminet agros.

Menalca.

Qui roseos flores, vernos captatis amores,
Noscite, spinarum latet illic vulnus amarum.

Damoceta.

Qui nuper runcata tenes Syluestria prata,

Menalca.

Coge gregem versus villas, iam murmurat versus.

Cur virides ripas toto pastor grege stipas?

Damoceta.

Fons patet, agnellos fuge de ripa vnda tenellos.

Solcremat infestus, pecori nimius nocet aestus:

Menalca.

Succedant ymbris, ubi lenior aura salubris.

Heu pleno bos iure meus rapitur mihi dure,

Damoceta.

Iudicijq; palæstra sinistra facit mea dextra.

Non specularans æquum, visus tibi fascinat æquum,

Menalca.

Vi ius non cernas hominum, diuinaq; spernas.

Dic quid nascatur bis, quid moriendo creatur.

Damoceta.

Et quasi diuinus sis tauri munere dignus.

Dic quid rure satum patrem cupit inuiolatum,

Menalca.

Et tibi me de re nulla cessisse fatere.

Lege pari dites iam longas scindite lites;

Palæmon.

Imo vobis æquare licet, non fas violare:

Bos erat hic viriusq;, Deus quem tollit virisq;.

Dum tu vouisti, tu iungere non potuisti,

Ferte Deo morem quod viriq; tenetis honorem.

ECLOGA IV. QVIRINALIVM.

De Bucula præstante, quæ voto destinata, dum ob elegantiam diu retinetur, enixa est vitulum æquè formosum, quo adulto sine præduce ad templum Martiris cum prole decurrit.

Sicelides Musæ transite lacus Arethuse,
Conregionales vobis. Latiales,

TEGRINEOQVE SENI date remos carmine leni.

X

Hic

Hic opus insigni vobis de laude QVIRINI
 Cantabit; virtutis opem, curamque salutis,
 Sacra thesaurum glebae, gratum super aurum
 Seclis pandetis; nam mira sui referetis,
 Quae fert iumentis in ius per vota receptis,
 Detentor fortis, variaque potens vice sortis,
 Deutos solatur, ab his dum rite vocatur,
 Infidos prodit, mendaces vindicat, odit.

Bucula dum chara forma promittitur arae
 Sic incrementis anni fuit aucta sequentis,
 Nil iumentorum foret ut sibi par aliorum;
 Sponsor crescentem videt ac specie renitentem,
 Primaque votorum permutat verba suorum.
 Dum specie clara danda mens nutat avara,
 Bucula sic retinetur, ut hac soboles generetur:
 Iam nova progenies maculis insignis, & albo
 Et niueo miscens orbis nigros quasi carbo,
 Aut rutilo fulgens pecori decus addidit ingens:
 Iam redit & largo data pignore matris imago.
 Incipe taure tener mugitu noscere matrem,
 Incipe, votiuamque Deo comitabere matrem.
 Spectabant latum pagi collegia factum,
 Praeconabantur, quod in annum laeta sequantur,
 Proventu rerum, niteantque serena dierum,
 Nempe senes & anus, si frivola non referamus,
 Et quibus haec cura super euentu geniturae,
 Auguriabantur qua mox ventura putantur;
 Hi dum conuenere frequentes, haec retulere,
 Tractantos anni prognostica rustica magni:
 Clades praeteritas sequitur felicitas aetas;
 Lege sub aeterna redeunt Saturnia regna,
 Ordoque seclorum venit aui sorte bonorum;

Ex spes quas luges, venient, regio, tibi fruges,
 Brumas multa domi refouebit copia pomi,
 Promptior vbertas quam mittit & aptior astat,
 Profluet egregio simul omnis terra Lyæo,
 Liber & alma Ceres sic letas prospicient res,
 Vt nec honesta Venus generis neget vtile fanus;
 Tota sui sit festa comis & florida Vesta,
 Ac sterilis nusquam feret vndiq; quod creat vsquã;
 Cui Lucina solo fauet, id vegetabit Apollo:
 Tum referent magni menses ea quæ prius anni,
 Sublimes fructus decuplo dabit annus onustus.
 Si quid fraudavit labes prior aut vitiauit,
 Hi qui succedunt proventus sponte replebunt,
 Nec simplum reddet quod reddunt, sed super addet:
 Semina quæq; cadent in terram, centupla surgent,
 Quin sine cultura fruges, vinum sine cura
 Per hyluas & prata feret tellus inarata:
 Frumenti spicas dat campus vt ante myricas,
 Spinaq; florens fit vireæ stirps adolescens,
 Vuam portabit quæ dulcia musta creabit,
 Pax erit annorum quoq; gloria summa piorum,
 Non leo non vrsus, non quavis bellua prorsus
 Egressus hominis vel pastus obsidet aguis:
 Nolle tamen laudis, prisca vestigia fraudis,
 Nullus vt in saltum mittat pecus incommitatum:
 Examen vulgare solens hæc commemorare,
 Seruari caute mandat præsentia tantæ
 Vbertatis, vtrumq; pecus, matrem vitulumque:
 Sic indenotum sponsorem frangere votum
 Persuadent, leuiter quod & egerat ante libenter,
 Nec memorabantur per quem bona contribuantur,
 Obliti sua iura Deo tandem reditura.

X 2

Semper

*Semper ab ingratis, si nolint hinc dare gratis,
 Ac fieri damno iam leto sepius anno,
 Quod domino clarum fraudant munus decimarum,
 Sanctis votorum retinentes dona suorum.
 Nam post tempora multa parens soboli coadulta
 Gessit corpus enorme nitentis bucula formæ,
 Dum mens polliciti pecoris memor excidit isti,
 Martyr promissæ sibi dona rei tulit ipse;
 Bucula prole sequente fugax agitata repente
 Proruit armentis ignoto calle relictis;
 Quam consecratur sponsor suus ut capiatur;
 Sed non attingebat eam, donec veniebat
 Ad templi valvas, iterum hoc sine præduce calcans.
 Votum mente reuoluit, & id demum quoque soluit
 Vir satis admonitus, nolens sua vota secutus.
 Laudarunt dignum cælesti laude QVIRINVM,
 Cantica multarum cum plebibus Ecclesiarum,
 Quarum vota suam celebrabant publica tumbam
 Ex diuersorum resonam turmis populorum.*

E C L O G A V. QVIRINALIVM.

De vacca, quæ voto promissa B. QVIRINO, ob viæ longitudinem ad S. Georgium ducebatur.

Hic Menalca Abbas Tegriensis, Mopsus est Abbas S. Georgij, qui ipsum miraculum enarrauit, &c.

Menalca. *C*ur operis pro posse nihil gerimus bone Mopsus?
 Tu res exorsus gestas memores, ego versus;
 Dum curis vacat hora, quietæ resolvimus ora.
 Mopsus. Tu maior, domus est tua, subijciar tibi, ius est;
 Distis parebo, quæ posces acta monebo.
Hic tibi sub tecto placet eloquar, aut in aperto?

Præcipi

Præcipis accedam quo vis, iussus quæ recedam.
 Nulli credendum magis ex hoc plus hæ sciendum.
 Qui præsens aderam, potui rem noscere veram.
 Incipe Mopse referre, datum tibi tanta videre;
 Dic si quid cordi seruant tua mira Georgi,
 Si quid diuina laudis tua signa QVIRINE,
 Aut simul amborum ferat hoc munus quod honorum,
 Vni quod spretum noras, alij quæ retentum.
 Id planè recole monitus verbo quoque solo,
 Quod clarè gestum satis omnibus esse manifestum,
 Hoc inquam narrabo, Dei nec mira negabo;
 Id mihi scire licet, qui norit cætera dicet.
 Incertum certis cadit vt saliuca rosetis,
 Ambiguum vdx vina premit, salices vt oliua;
 Non est te præsentis labor reliquo mihi teste.
 Montane regionis homo, quæ finditur omnis
 ENO, per valles frangente vagos sibi calles,
 Vouerat ad claram pretiosi Martyris aram,
 Pro cura pecorum vitulam donare suorum,
 Quo sis certa, QVIRINE, petenti spes medicina:
 Tædunt immensi callis, per quæ Tegrïensi
 Hoc pecus adduxisse loco vir debuit ipse:
 Consilium cupiebat, & hoc tandem capiebat,
 Nil voto distare, sacri nomen variare,
 Si quid vouerit huc, quisquam persoluerit illuc,
 Tantundem quæ valere pares fructus * redi, . . .
 Dicta QVIRINE tibi caperes si vota Georgi,
 Ambos in regno sociales esse superno,
 Etre coæquandos, cur hic fore dissociandos,
 Nil æternorum distantes dote honorum,
 Munere votorum, nihil hic differre sacrorum:
 Ille sequeretur, simul vt suadela dabatur;

Menalca.

Mopfus.

Menalca.

Mopfus.

Menalea.

Mopfus.

fort. redhibere.

X 3

Bos per

Bos per cornua vincula laborat in ardua ducta,
 Qua Monachus pia castra dat arce Georgius arcta,
 Tracta super pontem quo scandunt agmina montē,
 Dum sua vota ferunt, anima suffragia quarunt,
 In medio restabat & hinc transire negabat,
 Verberibusue coacta vel omni robore tracta;
 Ipse vocabar ego, mirandaq; cernere pergo:
 Rursus me praesente trahabant fune rigente,
 Plagis tundeant, nec eam mouisse valebant,
 Sternere quam possent, non ultra ducere possent:
 Hanc meditans ego forte ligatam daemone arte,
 Protinus aspergi benedicto fonte saregi;
 Rursum conati sunt à vitula superari.
 Quaesitus tandem sponsor, qui venit eandem,
 Prodidit absque mora, confessus vota priora:
 Quadrupedem brutam mox praecepi, resolutam
 Ire sinant, dimissa feratur quò liber ipsa;
 Illa fuga praepes se iecit in infima praecipis,
 Qua mōtes iungens vallis barathrum patet ingens,
 Sicq; Deo tutante ruebat in aspera cautes,
 Ut nil membrorum doluisset laesa suorum,
 Non inquirentes expectans seque sequentes,
 Vallibus emergit sylvas sine praeduce pergit,
 Vix fuit incomitata viam flexisse notata,
 Martyris ad tumbam primis votis adeundam:
 Cursor eam scitus sequitur nemorisq; peritus,
 Et vestigando non attigit ac properando,
 Donec transmittens inter syluestria montes
 Pascua vicini petit & noua culta QUIRINI,
 Vnde sacrae propiora domus adijisset in hora.
 Ut lassabundis sopor, ut fontes sitibundis,
 Sic carmen fert laeta tuum diuine Poëtae.

Menalca.

Litt.

Litem Sanctorum referens in dona piorum,
 Dum sua quisq; voluit & ab his discrimina tollunt.
 Id fieri recte rationis habet via iuste:
 Vult Deus ipse sibi sua, Cæsaribus sua reddi.
 Illud in imparibus positum, magis est paribus ius,
 Si regi secum ius dat summus Deus æquum
 Vt sua iustus ubiq; sciat dare cuius vtrique
 Dum sit firmandum nihil esse Deo similandum.
 Par decet æquatis voti ius reddere Sanctis.

AlOpsus,

ECLOGA VI. QVIRINALIVM.

De Boue pestilente, qui mactadus dum voto destinatur,
 repente exiliuit, & viduæ pauperculæ venditus est:
 precium in cera commutatum ad tumbam Martyris
 oblatum.

COEPTA Syracusis nos iungant carmina Musis,
 Syluestrique via pudeat nihil alma Thalia,
 Quin pecorum cura dignè recinas tua iura;
 Nos te sectemur, nec enim dux diua veremur
 Diuinis humana nouis rebus veterana,
 Quamlibet alterno tamen ore peracta moderno
 Ornamenta creare docet nos legifer hac re:
 Sic declarari sacra sic hostes superari
 Vt Memphæorum varijs opibus spoliorum
 Israël armetur, sedes sacrandæ pareatur;
 Victor iunctus & ipse thoro placet Æthyopissæ
 Vindice cui lepra soror emendat sua probra,
 Præsul ob hoc supera nec transit liber ab ira,
 Post superans reges & prælia dans quoque leges,
 Nobis rursus in hæc rem dux sacer instruit aurem,
 Captiuam tonsam mandans ita ducere sponsam
 Vt cæsis vnguis crinisque prius moribundis,

Sit

Sit sociale thoris viui de: us omne nitoris.
 Pulsis errorum iam turmis Barbaricorum,
 In Romanarum prior agmine chordicinarum
 Risit clarisonis modulis mihi Musa Maronis,
 Hanc acceptavi puer, & crescens adamavi,
 Qua cum despondi, victoris iure totondi
 Cuncta prophanorum refecans moribunda Deorum,
 Cetera quaeque iuuant & amore perennia viuant.
 Innocui flores flagrent Deitatus honores.
 Non timeam sacra spoliū ponens superata,
 Si quid ab hac prada dignum raperet mea scheda,
 Ex deuictorum spolijs dedit Allophilorum
 Sanxit opus templo toto mirabile secto.

Viderat ingentem vir peste bouem recidentem,
 Vir pecoris sollers & agresti munere pollens,
 Languida tendebat bos membra soloque iacebat,
 Quem vouit dominus; si sanet peste **Q V I R I N V S**,
 Ipsius sacram deduci munus ad aram:
 Bos non surgebat possessor. ut haec referebat.
 Caulas ergo iubet quo verna cadauere mundet:
 Audit iussa lanista capitque paratior ista,
 Exerto cultro taurum superastitit vltro,
 Et parat inualidum pecus impiger aggrediendum,
 Attactus leuiter bos exilit impatienter,
 Inde fuga rapiente petit rus curte patente;
 Rusticus hunc sectatur, cum seruus comitatur:
 Ad mirum signi plebs è lare cur sitat omni;
 Hic cruciamine plena superueniebat egena,
 Anxia natorum famis improbitate suorum,
 Quos aluit viduata viro, rebus tenuata
 Martyris haec sub honore Deique petebat amore
 Quid ter dena sibi taurum numisma: a vendi:

Largius oranti pius hic precium breue danti
 Sic pecus indulfit, domui quod lata reduxit,
 Nummos taxatos in ceræ merce redactos
 Derulit almigeni secum pro laude QVIRINI.
 Ipsius hinc tumbam sponsor properans adeundam
 Ponit munus ibi: rem narrat ab ordine totam,
 Martyris ex virtute via causam sibi motam,
 Qui languens animal pietate potens reparavit,
 Ex cuius precio sacris hic dona paravit:
 Cantu plebis sono reboat laus digna QVIRINO.

ECLOGA VII. QVIRINALIVM.

De boue, quem morbo pestilentie prostratum, & voto
 curatum sponsor sex annis detinuit, qui trabe per-
 cussus interijt.

SORTE minus tuta, fracto boue, lis sit acuta,
 Certat hero seruus, probrorum surgit aceruus
 Quæ dum prodemus tua gesta QVIRINE canemus;
 Tu modo propitiæ faue patrone beate,
 Ingenium menti cumula tua mira canenti,
 Tu laudes dignare tuas ita clarificare,
 Quo radius virtutis ab æthre valenter euntis
 Non obscuretur vitro per quod iacietur.
 Ecclesie sanctæ pandendus carmine latè,
 Cordibus inspergas rorem, nos crimine tergas,
 Vt claras clare valeam res commemorare;
 Hæ sub personis dictæ Thyrsi Corydonis
 Dant contententem cum præceptore clientem.

Forma pollebat bos, quem mala pestis habebat;
 Sollicitus cura Dominus iam morte futura
 Spondet vota QVIRINE tibi pro spe medicina:
 Si per te sanatur, ait, tuus hic habeatur;

Y

Marty

Martyr sancte Dei da finem pernicii.
 Rusticus hoc ubi dixit, ab atra morte reuixit.
 Taurus: & exiliebat, & hinc sanus remanebat.
 Possessor senis hunc fortem detinet annis,
 Nec voti memoratur quo reus attineatur,
 Oblitum vindex non transit iustitiae lex;
 Nam biga volente trabem de monte ferente
 Arbor in ante iacet nimis, & tergum bouis arceat,
 Cui spinam fregit, miserum residere coëgit.
 Multus consuetè plastro fit sermo cadente,
 Incusat famulum dominus, seruus magis illum,
 Ac sic cepit heras, primatus iure seuerus:

Corydon.
 Daß mich
 Gott behüt
 und gesegne.

Nunc me formator nostri benedicat & auctor,
 Quod mihi solamen confert hic quodue iuuamen?
 Vt non haerentes thalami male conuenientes?
 Sic biga iuncta male, labes tanta secuta.

Thyrsis.

Aspiciant cuncti plastrum compagine iuncti
 Si quid neglectum, si quid non ordine rectum:
 Iratum frustra, nec causa te mihi iusta,
 Impubes pueri poterunt quicumque fateri.
 Non ego deliqui, tibi cerne quod obstat iniqui.

Corydon.

Heu quid enim? noui, quod & huc taurum tibi voui
 Iam dudum digne tribuissem magne QUIRINE,
 Eius delicti dure me commonuisti;

Thyrsis.

Si placide gereres, en ipsum munus haberes.
 Si quid vouissem, nunquam prorsus tenuissem,
 Dum pauper rerum pascit mercede dierum;
 Non mihi conclusus quod vouero detinet usus.

Corydon.

Prompta Deo reddunt qui vota, per omnia crescunt.
 Heu quid agam, talis, quo non mihi par, animalis
 Casu percussus? cultura iacet mea prorsus;
 Impedior damno grauiore, pudore que magno,

Olim dilatatum per d. ns malè munus amatum.
 Quis pandet verbis, Sardis vt amarior herbis Thyrf.
 Sic stimulus mentis se corde tenus comedentis;
 Cuiq; dies vnus quam totus longior annus,
 Dum reus optat obire malum delicta perire,
 Mis. os fontes refouent aestu sitientes, Corydon.
 Quos circa supraq; virens somno fauet ymbra:
 Solstitium venie, Deus in praeordia venie,
 Penitet errorum, turgescit gemma honorum.
 Tada domi pinguis superest plurimus ignis, Thyrf.
 Siccans agrestes vdos, pluuiam fugientes;
 Flamma timet quatum stipulas, ego frigora tantu.
 Fluctuet vnda foris, calor aestuat intus amoris.
 Stant vlmus, buxus viuis fontis propè fluxus, Corydon.
 Fert abies per pulchra trabale cacumen in aethra,
 Spina stat, hac tacta flebis puerilia facta,
 Ligna q; virtutum praebebunt hac tibi cultum.
 Sylua virens floret, vicio moriens ager aret, Thyrf.
 Non modo declini colles dant pocula vini.
 Iam redeat virgo prior vt reuiescat origo
 Aruaq; deserti fontis liquor vndet apertis,
 Nauta potens aliam vitem fert, Debbora palma, Corydon.
 Rex sacris cedrina parat, dux ante Sethina,
 Ad templi valuas Salomon praecidit oliuas;
 Hic virtus victrix agit, istio gratia nutrix.
 Israël in salices suspenderat organa desens, Thyrf.
 Carmina dum captis Babylonicus exprobat hostis;
 In res solemnnes salicum fert munera torrens,
 Dum celebrat cæcis sacra scenopegia letus,
 Littus amat myrtus, pregnantibus vnica virtus Cory.
 Præ multis rerum curas medicans mulierum,
 Stans inter myrteta vir exprimit omnia leta

X 2

Ders-

De reditu gentis donoque Dei miserentis.

Thyrs. Subdita decrepescunt corylo, pino

Tollitur infractis fortissima fraxinus hastis,

Malus scire dedit mala, quæ mortem prior edis.

Ad lignum Vitæ saluandi quique venite .

Hos inter se* memini simul opposuisse

Et Corydon tibi Thyrsis habetur maior in istis.

ECLOGA VIII. QVIRINALIVM.

De boue quem quidam vouit, alter furto sublatum nec
occidere, nec vendere potuit.

Hic Damon & Alpheſibæus agunt.

P Astorum Musam super abducto boue fusam
Martyris in laudes mea fistula dicere gaudes:
Tumibi suæ Dei fruoris speculo facies,
Et cæli super alta quiescis sede beata;
Seu nostros cernes cursus, clemensq; gubernes,
Des placitum quicquid tibi proloquor: en erit unquam
Vt pateant dignè per me tua facta QVIRINE?
A te cæpit opus, tibi desinet, omneq; corpus,
Hoc te multigenæ resonet per secla Camæna,
Quæ tua mira feret, te laudum munere quæret;
Ne cui virtutum successit gloria multum,
Defuerint operum tibi carmina vera tuorum;
Cumque coronatum cælis & clarificatum
Ecclesia noscant, tua quæ suffragia poscant,
Obsequio tumbam norint non prætereundam,
Quam varijs clarè signis soleas radiare;
Hanc hederam lauro iungant, gemmas velut auro,
Schedula quas offert, tua quæ miracula profert,
Vt niteat tua dextera potens, ô Martyr ab æthere,
Vnde polo terrisque micans celebraris vtrinq;

Et car.

HENCCAN
SJJ
com. m.
SIV
24

Et carmen generale tibi sonat ac speciale,
 Illud ab aeterna meat, hoc virtute moderna,
 Qua pius es miseris, duris metuendus haberis.

Dum pestem pecudum mens prauidet anxia dudum,

Cultor deuotare bouem decreuerat ara

Martyris in laudem, quo dimoueat sibi cladem.

Taurum furatus proprios trahit alter in actus;

Huic lis apta rei Damonis & Aphefiboi,

Illinc raptorem statuit bouis, inde dator em;

Carminibus qui digna ferent de Martyre signa.

Iste domum ducto boue, qui cessit sibi furto,

Dum lucrum cupiebat & ob culpam metuebat,

Plurima tractabat, sed quid faceret dubitabat:

Cum solus remoratur, apud se sic meditatur:

Hunc taurum maetabo, cutem, carnes precia bo,

Sic occultabo melius, sic lucra parabo,

Ne boue pascendo labor instet siue trahendo;

Si res procedet, satis actum: sin, male cedit.

Credo QVIRINALIS res est mihi iudicialis.

Audis quid curem? velox mihi prabo securem,

Accelera, cultrum maiorem defer acutum.

Curre cito quid stas? meat hora quiet a nec instas?

Heu tarde procedit opus, quo fine recedit?

Credo QVIRINALIS res est mihi iudicialis.

Tu retineto ferum, dum stabit ego leuo ferrum.

Hac penetrare potes? pellem, quid demonis hoc est?

Eccetene rursus: melius conabor adorsus.

Ei quam dura cutis! plagis manet integra cunctis.

Heu quid portenti fortuna parabit agenti?

Credo QVIRINALIS res est mihi iudicialis.

Frontem pulsabo tamen euentum que probabo,

Grandius aduertens & acumen in vtile vertens,

Y 3

Curicum

Damon,

Attritum multabo caput, sic fortè necabo.

Proh resilit duris impulsibus acta securis,

Nec quicquam cerebro nocet incussu quoq; crebro,

Seu lapis obiectus sic ad omnes defugit ictus.

Credo QVIRINALIS res est mihi iudicialis.

Vincar adhuc vtrumne, videbo, da mihi cultrum;

Numquid non moritur si decidam sibi guttur?

Cornibus acceptum teneas, dum subrigo mentum.

Quis demon talis sub pelle latet animalis,

Quod non mactari pareris ferrove secari?

Aut hoc si non est, miror mihi qui furor obster.

Credo QVIRINALIS res est mihi iudicialis.

Sed cur despero, cur non noua commoda quero?

Vno confusus reliquos prudens petit usus.

Si non iumentum licet abscondisse peremptum,

Maturè vendam, mea ne compendia perdam.

Verna bouem ducta: cadat in commercia iusta:

Di fallor, nunquam venit inde boni mihi quicquã.

Nunc age festina, taurumq; foro trabe, mina.

Credo QVIRINALIS mihi res est iudicialis.

Quis volet hic aratrove boue, seu iungere plaustro?

Ecce satis fortem, sub vtramq; dabo sibi fortem,

Nec precio facili quisquam melior datur illi:

Hoc mihi iumentum media dat parte talentum,

Sic, quicumq; volet, sic me constat mihi, tollet.

Ei quid ago? res sunt: hominesq; foro propè dices

Assunt qui vendant, nec sunt qui digna rependant.

Credo QVIRINALIS res est mihi iudicialis.

Sed condescendam coementibus, vt citò vendam,

Ne si non vendo, boue sit labor hinc retrahendo.

Res vt queratur, sic venum prostituatur;

Ibo si saltem mediam precij fero partem.
 Ac ne bos retrahatur, id ipsum dimidiatur.
 Nec plus nec minus est, qui per commercia praestet.
 Quo tandem pacto tardabo? reuertar in actio.

Credo QVIRINALIS mihi res est exitialis.
 Quod tuleram gratis, compellor reddere gratis.
 Me miserum quid agam? diuinam sentio plagam,
 Restituam promptus, quod cogar reddere captus,
 Ne iustis vinclis tradar, vitæq; periculis.

Accipe clementer famulaturum tibi semper
 Clade reum tanta: tua suscipe sponte relata:
 Laudis erit si parceret homo sibi quem Deus arceat.

Oro QVIRINALIS mihi res fiat venialis.
 Hac Damon referebat, vbi Deus huc reprimebat.
 Musa refer quid ei calamus canat Alpheisibei.
 Plura gerant plures, omnesq; decenter eunt res.
 Effert aqua sacra vas, & laris atria lustra,
 Post prunis pura testa iace mascula thura,
 Ter dum spargetur domus & ter thurificetur;
 Vt nos dignanti sit suavis odor Deitatis.

Alpheisib.

Ducite rure bouum iam signis nobile votum,
 Ducite condigno votis pia dona QVIRINO.
 Martyris expertus referam praeconia certus,
 Vt se quam mira sua gratia pandit & ira,
 Circa votorum raptus vel dona suorum
 Sunt varijs exacta modis insignia tanta
 Vt nemo numerum concludere possit eorum.

Ducite condigno votis pia dona QVIRINO.
 Et patet hoc donum latè populis regionum,
 Si non iratis sint obuia crimina Sanctis,
 Virtutes cessant, homines quas querere cessant.
 Quae si rarefcunt, nihil his nisi carmina desunt,

Lau

Laude sacris digna, quae promant pristina signa,
 Ducite condigno votis pia dona QVIRINO.
 Carmina grata Deo, ritus probat in lubilao:
 Buccina dum septena procul resonabat amena,
 Cantu sacrarum Iericho cadit alta tubarum:
 Dona Dei cecidere pij qua promeruerunt,
 Cantica signantes Hymnosque Deo modulantes:
 Nos etiam veneramur eum quo saepe iuuamur.

Ducite condigno votis pia dona QVIRINO.
 Carminibus contexta recensentur sua gesta,
 Paucula de multis, quasi ponti gutta fluentis.
 At qui factorum numerum complere suorum
 Ne dicam clarè modulis velit equiparare,
 Ante solum faciet mare, vel Thebis arida fiet,
 Quàm sciri possit sacer hic quàm plurima gesit.

Ducite condigno votis pia dona QVIRINO.
 Stabit & hoc factum cum laude sibi memoratum,
 Quod furto direpta requisivit sua vota,
 Dum vult, dignatur, ne rem voti patiatur
 Sub manibus furis peruersis cedere curis.

Ducite condigno votis pia dona QVIRINO.
 Multoties damnosa suis sumptu preciosa
 Ausferri seu clade sinit sibi seu quoque fraude
 Clandestinorum, vel apertorum spoliatorum,
 Et repetit cum laude minuscula perdit a fraude;
 Non cupidum rerum, fraudi sed iure seuerum
 Se monstrans, in re non est minor illa minore.

Ducite condigno votis pia dona QVIRINO.
 Festi prateriere dies, plebes abiere
 Qua concutata turmis & conglomerata,
 Martyris ut petiere patrocinium, retulere
 Non ego procedam solus, nec me dabo pradam;

Exponam

HENRICH
 S. J. J.
 tom. 2. m.
 S. 1. V.
 24

Exponam voti munus non amplius hosti,
Quod cuncti mecum sine spe laudare receptum.

Ducite condigno votis pia dona QVIRINO.
Non ingratus ero neque sensu mentis aberro,
Quin reddam gratis votorum munia Sanctis,
Martyre iumentum sed suffragante receptum
Qua re cunq; valebo sacris inferre studebo,
Fur illud neu prado trahat per cuncta cauebo.

Ducite condigno votis pia dona QVIRINO.
Hoc animal vendam, precio mea vota rependam.
Et melius leuis ibo minusq; pericla subibo,
Sic nil longarum grauat anxietudo viarum.

Ducite condigno votis pia dona QVIRINO.
Suscipe votorum munus patrone meorum,
Quod mihi sublatum, per te cognosco relatum:
Quae tibi seruasti, cape dona; faue famulanti.
Ecclesia cætus tua fert magnalia letus,
Virtutis presentis erit per secula testis.

Soluite condigno meritis pia vota QVIRINO.

ECLOGA IX. QVIRINALIVM.

De boue, quem Intalensis quidam, cum coniuge sua peste recidentem B. QVIRINO deuouit, & conualescentem anno retinuit, qui rursus prostratus voto sanatur & redditur.

Hic agunt Moeris & Lycida.

QVO te, Moeri, pedes? an quo via ducit? MOER. Ad ades.
O Lycida, quid habes, quod me nunc affore gaudes?
Eia dic quid ago, quid curandum properabo,
Vt tanto dignam damno capiam medicinam?

Lycid.

L

En mo-

*En moritur mihi peste iacens bos optimus iste,
Quo iumentorum robur stetit omne tuorum.
Dic siquid nosti cura pro nomine Christi.*

*Mæris. Non aliud tantum noui tam sæpe probatum;
Si tauro vitam de morte cupis repetitam,
Fac promittatur languens hic si reparatur,
Olim diuino medico per secla QVIRINO.*

*Lycid. Magne patronorum pater, exemplumq; piorum
Nunc nobis carum reparans habeas tibi taurum,
Clare QVIRINE polis radians præ lumine solis.*

*Mæris. Martyr fallere nescit, & en tibi bos reualefcit:
Tu modo pro voto reddendo promptior esto.*

*Lycid. Numquid opus nostris rebus credam fore sanctis?
In regno lucis nihil indignere caducis:*

*Nos quæ lætamur per eos reparata, fruamur.
Ipsi quippe sciunt quod opus nobis ea sunt.*

*Mæris. Sic age, iumentum doleas ne forte retentum,
Quod videas dirè sub eadem clade perire,
Quem pietas Domini soluit, meritumq; QVIRINI;*

*Lycid. Non adeo magnum scelus est, si seruo per annum.
Mæris. Fac quodcūq; uoles; sequitur, quod, ut æstimo, noles.*

Lycid. Nos quocumq; cadit res, bos tamen iste iuuabit.

*Mæris. Heu Lycida quid agis? fies obnoxia plagis
Iræ cælestis, votis sine lege retentis:
Bos non est oblatu adhuc, meat annus abactus:
Quàm tibi formido, casu plangas malefido!*

*Lycid. Tu nimium curas res auguriando futuras;
Sors homini quàm dura nocensq; superflua cura:
Quando DEVS parcit curis, nec tunc homo parcit.*

Mæris. Aspice verna foras mens forè quid anxia noras.

*Lycid. Nescio quid causæ resonat tinnitus ab aure,
De fama tristi nunquam requiescere nosti.*

Qui malè confidunt ipsi sibi praelia fingunt.
 En vt dicebam tibi non frustra metuebam,
 Quos duros casus ferret temerarius ausus;
 Colluctans in morte iacet bos ille repente,
 Quem ferit eiectis oculis acerrima pestis;
 Extremum tantum suspirat pectore flatum.

Mæris.

Ei quid ais? rideſne? ſcio terrere ſtudes me.
 Surge vide quid agas; hæc ſunt ioca qua memorabas.
 Vernula curre citò pro cereolo benediçto,
 Hunc properans accende, bouis per cornua tende.

Lycid.
 Mæris.
 Lycid.

Signatus boue Luca iuua iumenta caduca.
 Ab magis hæc obſunt, iam nulla precamina profunt,
 Redduntur ſi vota, fugit mors ſponte remota.

Mæris.

Si viuet, digne tuus hic eſt Sancte QVIRINE,
 Solues ergo precamur, eum, dum non mereamur.
 Votiuus pridem tibi bos dignoſcitur iſdem.

Lycid.

Quàm non prudentes morti dedimus retinentes;
 In ſaluum dones, & pignus eum tibi pones,
 A modo votorum nil nos retinere tuorum.

Mæris.

Pridem vouiſti quod damno detinuisti,
 En hoc iumentum gaudes de morte receptum,
 Cladibus hinc edoçta ſtude tua reddere vota.

Lycid.

Sedula conabor, nec in hoc vltra remorabor.
 Cum boue nempè quis ibit, eum qui pellere quibit
 Per montanarum ſyluis implexa viarum?

Mæris.

Oeconomus vini Latij de iure QVIRINI
 Id conducturus, propè nos remoratur, iturus,
 Huic votum mittamus & hinc nos expediamus
 Acri tantarum magnòq; labore viarum.

Lycid.

Hoc placet, hoc faciam, taurum tranſmitto ſibi iam.
 Gatio, præpoſitum ſcrutatus ab hospite dictum,
 Quo lare verſetur quandoque redire putetur,

Z 2

Fer

*Fer sibi iumentum nece bis presente receptum,
Commendans votum dic euentum quoque nostrum.
Gartio, Dant vobis dominus meus istud & hospita munus;
Indicio signi duplicis per dona QVIRINI,
Bis deuotatum, bis morte graui reuocatum.
Oeconomus. Patrono grates agimus, sua dona probantes;
Bos tamen hac sibi curte manens deseruiat iste;
Nos sua dum veniemus ad ipsum mira canemus.*

ECLOGA X. QVIRINALIVM.

De bucula, quæ apud Torndorff in muro Ecclesiæ B.
QVIRINI se defricans interijt. Et de Rhomberto
Altahensi Abbate paralyfi percusso, & ibidem sa-
nato.

*EXeremam complere manum, numerumque tenere
Per Bucolica, qui res egit agit mihi vires;
Pars restat pauxilla, bouem fert Cantianilla,
Danubij villa muliercula sederat illa
Cui male curatum pecus ibat quærere pastum,
Discursuque vago dum circuit omnia pago,
Attigit incaute domui loca proxima sancta,
Atria lustrando circa muros spaciando;
Hac te vicina regiones sede QVIRINE
Patronum cepere, perenniter excoluere;
BOEMICÆ genti, votis illuc venienti
Est adeo celebris tua signis gloria crebris,
Ut cumulent magnis ibi donis sacra quotannis.
De specie pecorum munus fert quisque suorum,
Et viuens quicquid se possedisse domi scit,
Pro numero capitum tutat pecus omne redemptum,
Confidens certe nihil hinc se perdere pest.*

Hic lar multarum princeps est Ecclesiarum,
 Plebs ALTANORVM quo concurrat populorum,
 Cui claustro memorata subest domus illa sacrata;
 Ius fert Abbatis tibi MAVRICI famulantis,
 Margine ripensi fluuij procul in mare tenet
 Qui rex cunctorum fluuiorum Teutonicorum,
 Inuidiam Rheno cursu conflauit ameno.
 Is locus ut fundatus, ab his modum est cumulatus,
 Qui satis impense statuere decus TEGRIENSE,
 Et ROMÆ primum nacti virtute QVIRINVM
 Toti BOIARIÆ simul ALTANISQVE dederunt.
 Bucula dum sacrum propè cursitat improba murum,
 Terga petulca fricat, vaga nam latus abside tricat,
 Qua medio compar cyclo circumtegit altar;
 Proximus illa fricata cadit statu spoliata;
 Fert murus fetas, prostrata crimina restans:
 Fama volat facti, currunt ciues stupefacti,
 Creuit ab exemplo tali reuerentia templo;
 Villula diffamat mirum, prouincia clamat,
 Abbas ROBERTVS tutor regionis honestus,
 Euentus signi dum fertur ab æde QVIRINI
 Et complura prius miracula Martyris huius,
 Ingens hoc pecudum cognouerat edita dudum.
 Lusit in urbane non utiliter sibi sanè
 Lucrari multum memorans huiusce bubulcum
 Virtutis, sacris qui defensor foret acris.
 Ediderat verbum vix hoc tamen ore superbum,
 Atque reos artus paralysis agens ferit intus,
 Ut sibi nulla foris sint usus iura prioris.
 Mensque recognoscit quid verbis prodiga poscit,
 Obuia quæ sanctis iam celo clarificatis,
 Hoc se deiecit probro quod in æthera iecit.

Z 3

Sic

Ecclesi 10:
Eccli. 17.

Sic male iactantes lingua notat Ecclesiastes,
 Qui lapides sursum iaciet, recident super ipsum.
 Tandem prostratus proprios gemit ille reatus,
 Ac pro placando sibi Mareyre iam meditando,
 Quam retuli pridem languens petit ipsius adem,
 Trasterna vectus qua stratus erat sibi lectus,
 Correxit dignè supplex deliquia lingua,
 Munere pensavit se, fletu crimina lauit,
 Vires membrorum recipit per vota suorum,
 Quas prius amisit dum linguae frana remisit,
 Pro sacris actis fundens conuitia Sanctis.

Ex scholio
 pag 42. corri-
 gendū M. L X.
 nisi numerum
 M. C. L X. ad
 scriptorem nō
 ad auctorem
 referas.

M. C. L X.

Lib. Colleg. Soc. Jesu Paderborn. a. 1610.

ERRATA.

Fol. 2. versu 12. leg. ambos. 20. 2. amet. 30. 19. Michaëlem Metropolitanum,
 & populum assiduum, Abbatem, Calistumque gloriosum candidatum ad con-
 stituendam n. p. & f. atq; c. h. d. in C. c. l. t. m. dilectio, veluti in specula positi. 80.
 14. germano. 125. 27. facilitate. 127. 14. editi multis partibus auctores. 359. 17. Har-
 murum anno 872. electum & 883; siue sequenti resignasse. 549. versu ultimo
 omisa sic restitue: in Baiariam rediit & Fratri Ludouico partem suam de regno
 Lotharii reddidit.

In carminibus fol. 1. versu 6. dele, Frisingensi, & lege: ex m, f. Sangallensi.
 14. 3. pro Frisingensi lege: Sangallensi, 91. 14. ceteri.

HEN-